



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 38. Quædam circa ritus Sinicos a Legato Apostolico permissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

„Reverentiam præstarent, si a Deo, Sæc. XVIII.  
 „qui id præcipit, longævam vitam su- A. C. 1720.  
 „per terram obtainere velint: de cetero  
 „autem religio Christiana, quæ tamen  
 „tot gratiis ab Imperatore honorata  
 „fuit, deterioris, quam ceteræ omnes  
 „in Imperio toleratæ, conditionis foret.  
 „Horum nunc recordor, quantum ad  
 „reliqua me ad ipsam Pontificis episto-  
 „lam refero, declarans, me hæc ideo  
 „duntaxat scripsisse, ut Majestatis suæ  
 „voluntati obsecundarem cui etiam pro-  
 „fundissima veneratione me commendando.  
 „Humillimus, devotissimus, atque ob-  
 „sequiosissimus servus Carolus Ambro-  
 „sius Patriarcha Alexandrinus & Le-  
 „gatus Apostolicus. ,

### §. XXXVIII.

#### *Quædam circa ritus Sinenses a Le- gato Apostolico permissa.*

Jam pridem duo Missionarii in Sina-  
 rum Regnum pervenerant, qui pro- Bull. magn.  
 habitos Ritus defendendi studio incensi Conſt. Be-  
 ad nonnulla quæsita quasdam dede- ned. XIV.  
 runt responsiones, easque, sine tamen 59. t. 16.  
 summi Pontificis mandato aut appro- pag. 110.  
 batione, unacum propositis dubiis ad Du Halde  
 Mediobarbum Patriarcham & Legatum  
 eo fine transmiserunt, ut ejus animum  
 instruerent, eisque ille, prout rerum  
 tem-

Sæc. XVIII. temporisque vicissitudo postularet, ut  
A. C. 1720. retur: quinimo vix Legatus hoc Re-  
 gnum ingressus, ad eas adigebatur an-  
 gustias, ut quædam a præfatis his-  
 duobus Missionariis præscripta & de-  
 ducta in publicum ederet. Horum ergo  
 Mandarini, aliqui Missionarii hu-  
 ignari importunis precibus Legatum  
 gebant, ut juxta horum voluntam  
 quædam circa ritus permitteret, cum  
 que se a violenta illorum importunitate  
 expedire haud posset, nonnulla scripto  
 tenus præter Pontificiæ epistole sum-  
 mam annotavit, quæ permitti possent,  
 & quidem I. „Permittitur Christianis  
 „Sinensibus in suis privatis domibus  
 „uti tabellis defunctorum inscriptis ha-  
 „nomine defuncti, apposita ad lans  
 „declaratione debita & omissa quatuor  
 „que superstitione in earum confor-  
 „matione necnon secluso omni scandalo,

II. Permittuntur omnes ceremonie  
 „Nationis Sinicæ erga defunctos, que  
 „non sint aut superstitiones, aut suspecte  
 „sed civiles. „

III. Permittitur Confucii cultus ille  
 „qui civilis est, & etiam ejusdem te-  
 „bellæ purgatæ a literis, & superflu-  
 „tiosa inscriptione, & adjunta deci-  
 „ratione debita, sicuti permittitur  
 „ante ejus tabellam correctam accessu  
 „candelas, ura odores, apponi con-  
 „mestibilia. „

IV. Permittitur pro usu & expensis Sæc. XVIII.  
„funerum offerri candelas, odores, A.C. 1720.  
„adjuncta in schedula debita decla-  
„ratione.,,

V. Permittitur Reverentiae genu-  
„flexionum & prostrationum erga ta-  
„bellam correctam aut etiam erga fe-  
„retrum aut defunctum.,,

VI. Permittitur præparari men-  
„sas cum dulciariis, fructibus, carne  
„& cibis usualibus circa aut coram fere-  
„tro, ubi sit tabella correcta, cum de-  
„bita declaratione, & omissis supersti-  
„tiosis, pro quadam honestate tantum,  
„& pietate erga defunctos.,,

VII. Permittitur coram tabella cor-  
„recta reverentia dicta Ko teu tum in  
„anno novo Sinico, tum in aliis anni  
„temporibus.,,

VIII. Permittitur coram tabellis  
„reformatis accendi candelas, urio do-  
„res cum debitibus cautelis, sicut etiam  
„ante tumulum, ubi pariter collocari  
„possunt cibi, ut supra dictum est, ad-  
„hibitis cautelis, uti in superioribus.,,

### §. XXXIX.

#### *Hujus concessionis effectus.*

Hasce octo concessiones unacum Pon-  
tificiæ epistolæ summa Legatus Hist. Uni-  
vers. part. 8.  
Mandarino tradidit, quibus a Patre pag. 950.

Perei-